

itidem controversum est & traditione reali opus esse, nec sufficere constitutum videtur voluisse cum aliis Dd. Gloss. in *L. ab emtione 58. ff. de pact.* Sed Baldus ibidem contrarium tenuit, ut & *Jason. Col. antep. vers. 3.* licet enim is, cui v. g. vendidi & realiter tradidi, realiter possideat, nihil tamen prohibet quin per constitutum ejusdem rei possessionem transferre possit, nam qui realiter possidet potest & realiter per constitutum tradere.

Th. XXVI.

Maritus rem dotalem tradendo beneficio competentiae renunciaffe videtur, *L. nam & maritus 9. ff. de cond. indeb.* quod & tum fecisse intelligitur si constituat se nomine uxoris possidere, quare nec tum privilegio illo uti poterit *Bald. in L. si filiofam. 25. ff. sol. matr.* Alia adhuc ad hanc materiam pertinentia in medium proferre potuissem, nisi temporis ac instituti ratio hoc prohiberet, ac filum hac vice abrumpere juberet. Sit itaque

S.

D.

G.

